

/ Accepi litteras, et librum; et miratus sum, cur ex loco tam remoto miserit R.V. librum, quem nemo petebat. Nam P.Andreas Eudemon Joannes negat omnino, se librum eiusmodi petivisse, cum haberet librum eiusdem prorsus conditionis. Harmoniam dicit se aliquando cupivisse; ~~sed~~ non est operae precium, ut intine Harmonia mittatur, cum advectio fere superet pretium libri. Admonio Eudemonem Ioannem, ut abstineat ab omni umbra convicii, et se facturum pollicitus est. Agam, data opportunitate cum R^{mo} P.Generali de eo quod nomine D.Cancellarii R.V. ad me scripsit, et spero paternitati ~~x~~
10 suae placitum consilium.

Amo R.V. quod candide, et libere scribat, neque id importunitati, aut temeritati, sed p prudentiae, et charitati tribuo. Valeat R.V. mei memor in sanctis precibus suis. Romae, die 4 iulii 1611.

R.V.

15 Servus, ac frater in Christo

Arch.Vatic. Gesuit. 18 fol. 108^v. Minute autogr.

cf 8 Oct. 1610